

Apud Martinum Bra- censem, c. 1. Sup. dist. 24. Episcopi, c. 1. Burch. l. 1. c. 10. Ivo, p. 5. c. 64. Ansel. l. 6. c. 8. al. 12. GRATIAN.

VIII. Item EX CONCILIO Martini Papae 9, c. 1. [c. an. 572. in Hispania.]

Non eligantur a populo, qui sunt promovendi ad Clerum. Non licet a populo Electionem facere eorum, qui ad Sa- cerdotium promoventur: sed in iudicio Episcoporum fit, ut ipsi eum probent, si in sermone, & fide, & spiri- tuali vita edoctus sit.

HIS omnibus autoritatibus Laici excluduntur ab electio- ne Sacerdotum, atque injungitur eis necessitas obediendi, non libertas imperandi.

IX. B. GREGORIUS Joanni Episcopo primae Justinianae Illyricae, lib. 4. Epist. 15. seu c. 59. [an. 594. Romae in Macedonia.]

Voluntas Principis in ordinatione Pontificis desideratur.

Quia igitur suscepta Fratrum & Coepiscoporum nostro- rum relatio ad locum vos Sacerdotii, totius Concilii unito consensu, & serenissimi Principis voluntate declarat accesseri, gratias omnipotenti Deo creatori nostro magna cum exultatione retulimus, qui vitam actusque vestros ita de praeeritis fecit esse probabiles, ut omnium vos, quod est valde laudabile, faceret placere iudicio. Quibus nos quoque in personam Fraternitatis tuae per omnia contenti- mus: atque omnipotentem Dominum deprecamur, ut Cha- ritate vestram, sicut sua gratia elegit, ita in omnibus sua protectione custodiat.

CONTIUS. Prima Justinianae. Civitas in qua natus est Justinianus appellata fuit Justinianea prima in Illyri- co: & et sedem Archiepiscopalem quae antea erat Thessa- lonica, concessit. Vide hac de re propriam Novellam, quam nunquam hactenus editam typis, nuper ex manuscriptis meis Novellis in lucem dedii.

X. IDEM GREGORIUS I. Joanni Subdia- cono, lib. 2. Indict. 11. Epist. 30. seu c. 69. [an. 593. Romae in Insulbrania.]

Clerus, & populus Pontificis electioni intersunt.

Quanto Apostolica Sedes, Deo autore, cunctis praelata constat Ecclesiis; tanto inter multiplices curas, & il- la nos valde sollicitat, ubi ad consecrandum Antistitem, nostrum expectatur arbitrium. Defuncto igitur Laurentio Ecclesiae Mediolanensis Episcopo, sua nobis relatione Cle- rus innotuit, in Electione se filii nostri Constantii Diaconi sui unanimiter consensisse. Sed quoniam eadem non fuit subscripta relatio, ne quid quod ad cautelam pertinet, omittamus; hujus idcirco praecepti autoritate fuffulsum Ge- nuanum te proficisci necesse est. Et quia multi illic Medio- lanensium coacti barbarica feritate consunt, eorum te vo- luntates oportet convocatis eis in communi perstruati. Et si nulla eos diversitas ab Electionis unitate determinat, si quidem in praedicto filio nostro Constantio omnium volun- tates, atque consensum perdurare cognoscit; tunc eum a propriis Episcopis, sicut antiquitas nos exigit, cum no- strae autoritatis assensu solatante & auxiliante Domino, facias consecrari; quatenus Colono humilium Diaconi, & Apostolica Sedes proprium vigorem retineat, & a se con- cessa aliis sua iura non minuat.

XI. Item GREGORIUS Papa Philippo, & Ge- runtino Episcopis. [c. an. 493. Romae.]

In Electione Episcopi populus debet adesse.

Reclis Diotrensis data nobis petitione deservit diu se sine Reclis proprii gubernatione dispergi. Ac sicut asserit, is qui a vobis jam probatus dicitur, a paucis, & tenuibus putatur electus, cum ad vos pertineat, univer- sos assidua admonitione compellere, ut omnes in unum, quem dignum Sacerdotio viderint, & sine aliqua reprehensionem, consentiant. Et ideo Fratres charissimi, diversos ex omnibus saepe dicti loci Parochiis Presbyteros, Diaconos, & universam turbam vos oportet saepe convocare; quatenus non prout cuilibet libuerit, sed concordantibus animis talem, vobis admonentibus, sibi quaerant sola Divinitatis attentione personam, quam nulla contrarietas a constitutis possit revocare praescriptis.

XII. Item STEPHANUS Episcopus servus servorum Dei Romano Archiepiscopo Raven- nati. [c. an. 886. Romae in Emilia.]

De eodem.

Notae tuam Fraternitatem volumus ad nostras aures fore perventum, Imolestem Episcopum ab hac luce migra- visse audivimus. Quod quia saepe contingere solet (quaerentibus singulis quae sua sunt, non quae Jesu Christi) non adeo miramur. Verumtamen in hoc tuam plurimum oportet adhiberi sollicitudinem, ut convocato Clero & populo, talis ibi eligatur per Dei misericordiam, cui sacri non ob- vident Canones. Sacerdotum quippe est electio: & fide- lis populi consensus adhibendus est; quia docendus est populus, non sequendus.

XIII. Item NICOLAUS Papa I. Joanni Ra- vennati Archiepiscopo. [c. an. 857. Romae in Emilia.]

Episcopos per Amilium non consecres, nisi post electio- nem Cleri, & populi. In vetusto codice Mutinensi sex Con- cilia Romae habiti referuntur capitula, quorum secundum est hoc. Et de hac eadem re habentur multa in Pontifi- cali manuscripto in gestis Nicolai I.

XIV. Item PELAGIUS Papa I. Juliano Episcopo Grumentino. [c. an. 556. Romae in Lucania.]

De eodem.

Charitatis tuae susceptimus, quibus significas, La- titium Diaconum tuum ad Episcopatum Ecclesiae Marce- lianensis a Clero, & omnibus, qui illic conveniunt, po- situlari. Sed nunc & hoc dicimus, ut si eum omnes eligunt, & vis eum concedere, gratum nobis esse cognosce; & si potest, ante diem factum festinet oc- currere, ut vel Sabbatho ipso noctis magna post Baptis- mum cum Dei gratia valeat ordinari.

XV. IDEM Laurentio Episcopo Centumcellen- si. [c. an. 558. Romae in Hetruria.]

Ex Sacra a Principis quis ordinatur.

Principali devotissimum militum, qui illic in civitate Centumcellensi consistunt, relatione ad nos directa Sa- cram infinuam se clementissimi Principis impetrasse, quae eis Presbyterum, Diaconum, & Subdiaconum fieri debere praepit. Ideo hortamur Dilectionem tuam, ut personam ipsas videas, & diligenter inquiras, ne aliqui contra Canones commississent; & si eos inculpabiles repereris, & vitae ipso- rum laudabile testimonium videris, veniente mediana septi- mana Palchae, si Dominus voluerit, & si vixerimus, unum- quemque per officia, quae praediximus, non differas pro- movere.

XVI. Item LEO IV. Lothario, & Ludovico Augustis. [c. an. 853. Romae.]

Papa rogat Augustos, ut Reatinam Ecclesiam cuidam Episcopo dignentur concedere.

Reatina Ecclesia, quae per tot temporum spatia Pas- toribus curis destituta consistit, dignum est, ut brachio Amplitudinis vestrae sublevetur, ac gubernationis regimine protegatur. Unde salutationis alioquo praemisso, vestram Mansuetudinem deprecamur, quatenus Colono humilium Diacono eandem Ecclesiam ad regendum concedere digne- mini; ut vestra licentia accepta, ibidem eum, Deo adju- vante, consecrare valeamus Episcopum. Sin autem in praedicta Ecclesia nolueritis ut praedictus Episcopus, Tuscua- lanam Ecclesiam, quae viduata exiit, illi vestra Serenitas dignetur concedere, ut consecratus a nostro Praefulatu, Deo omnipotenti, vestroque Imperio grates peragere valeat.

XVII. Item RITA Comitissa. [c. an. 853. Romae.]

Regio praepro ab Apostolico Colono Reatina Ecclesia ordinatur Episcopis.

Notis Dominus Imperator & Imperatrix per suas Episto- las dixerunt, ut Colonom in Reatina Ecclesia, quae Pastoris officio per longa jam tempora destituta videbatur, Episcopum facere deberemus, sicut fecimus.

XVIII. Item STEPHANUS Guidoni Comiti. [c. an. 885. Romae.]

Imperatoris Epistola in Electionis confirmatione deside- ratur.

Ecclis Sagacitatis vestrae apicibus, qui defuncto Ecclis Reatinae Antistite, Clerum & plebem ejusdem Ecclis- siae elegisse sibi futurum Antistitem, nobisque consecrandum vestro studio directum esse, ne ipsa Ecclesia diu sine pro- prio consistat Pastore, fatebantur; nos de obitu prioris dolen- tes, nunc ipsum Electum unanimiter, & Canonica ipsius Ecclesiae electione, ut mandatis, tam cunctis ordinare

omnibus, quod Imperialem nobis, ut mos est, absolutio- nis minime detulit Epistolam. Pro qua scilicet re ambiguum est nobis: ideo voluntati vestrae in hoc parere distulimus; ne Augustalis animus durissime hoc, quocumque mo- do perciperet. Sed scientes Ecclesiam Dei sine proprio diu Pastore non debere consistere, Gloriae vestrae mandamus, quoniam alter nos agere non debuimus, ut vestra soler- tia, Imperiali, ut praesens consuetudo dicitur, percepta li- centia, & nobis, quemadmodum vos scire credimus, Im- peratoria directa Epistola, tunc voluntati vestrae de hoc pa- rebimus, eundemque Electum Domino adjuvante, consecra- bimus: quod, charissime Fili, moleste nullo modo suscipias.

Guidoni. Floard. p. 149. Ordinare. V. C. Es nobis. V. C. Nox. V. C. mox.

XIX. Item LEO Papa I. ad Anastasium The- salonicensem Episcopum. Epist. 82. al. 84. c. 6. [an. 445. Romae in Macedonia.]

Clericorum, & civium voluntate Metropolitanus est ordinandus.

Metropolitano defuncto, cum in loco ejus alius fuerit subrogandus, Provinciales Episcopi ad civitatem Me- tropolim convenire debent, ut omnium Clericorum, atque civium voluntate discussa, ex Presbyteris ejusdem Ecclesiae, vel Diaconis optimus ordinetur.

Atque civium. V. C. atque omnium civium. Vel Diaconis. Sic V. C.

XX. Item ISIDORUS in lib. Officiorum. [an. 633. in Hispania.]

Cum Clero, & populo Archiepiscopi fieri electio. Si in plebibus Archiepiscopi obierint, aut pro aliquo reatu exinde ejeti fuerint, Archidiaconus, quanto ocus proficiat illuc, & cum Clericis, & populis ipsius plebis electionem faciat; quatenus dignus Pastor domui Dei constituitur; & dum ordinatur, ejus providentia ipsa plebs custodiatur.

XXI. Item EX GESTIS Romanorum Ponti- ficum. [c. an. 880. Romae.]

Electus in Romanam Pontificem non ordinatur, nisi ejus decretum Imperatori primum praesentetur.

Gatho natione Siculus, cujus legatione fungens Joannes Episcopus Portuensis, Dominico die Octavarum Palchae in Ecclesia sanctae Sophiae publicas Missas coram Principe, & Patriarcha Latine celebravit, hic suscepit Divalem secundum suam postulationem, per quam relevata est quantitas, quae solita erat dari pro Ordinatione Pontificis faciendae; hic tamen ut si contingeret post ejus tran- sitionem electionem fieri, non debeat ordinari, qui electus fue- rit, nisi prius decretum generale introducat in Regiam urbem secundum antiquum consuetudinem, ut cum ejus scientia, & jussione debeat Ordinatio provenire.

Item Vitalianus natione Signinensis direxit Respon- sales suos cum Synodica Epistola juxta consuetudinem in Regiam urbem ad piissimos Principes significans de Ordina- tione sua.

Divalem. V. C. addit, jussione, ut in Eju. V. C. eorum.

XXII. Item EX HISTORIA ECCLIASTICA. [c. an. 867. Romae.]

Imperator suo jure habet eligendi Pontificem.

Adrianus Papa Romanum venire Carolum Regem ad de- fendendas res Ecclesiae postulavit. Carolus vero Ro- manum veniens, Papiam obsedit: ibique relicto exercitu in sancta Resurrectione ab Hadriano Papa Romae honorifice susceptus est. Post sanctam vero Resurrectionem revertens Papiam, cepit Desiderium Regem: deinde Romam revertens, constituit ibi Synodum cum Hadriano Papa in Patriarcho La- teranensi, in Ecclesia Sancti Salvatoris: quae Synodus cele- brata est a CLIII. Episcopis religionis, & Abbatibus. Ha- drianus autem Papa cum universa Synodo tradiderunt Caro- lo jus potestatem eligendi Pontificem, & ordinandi Apostolicam Sedem. Dignitatem quoque Patriarchatus ei con- cesserunt. Insuper Archiepiscopos, & Episcopos per sin- gulas provincias ab eo investituram accipere definivit: & ut nisi a Rege laudaret, & investituram, Episcopus a nemi- ne consecraretur; & quicumque contra hoc decretum age- ret, anathematis vinculo eum innodavit, & nisi resipisce- ret, bona ejus publicari praecipit.

Imperator. Anstaf. Sigebert. an. 773. Appendix ad Catalog. test. verit. p. 54. Centuriat. tom. 8. p. 572. 573. Bernard. Guidon. de Hadriano I. c. 51. Jun. Vide Theodor. de Nihem. de vita Hadriani.

XXIII. Item LEO Papa. [an. 963. Ro- mae.]

Electio Romani Pontificis ad jus pertinet Imperatoris.

Synodo congregata Romae in Ecclesia Sancti Salva- toris. Ad exemplum B. Hadriani Apostolicae Sedis Anti- stitis, qui Domino Carolo victoriosissimo Regi Francorum, & Longobardorum, Patriarchatus dignitatem, ac ordinatio- nem Apostolicae Sedis, & investituram Episcoporum concessit: ego quoque Leo Episcopus, servus servorum Dei, cum toto Clero, ac Romano populo, nostram Aposto- licam autoritatem concedimus, atque largimur Domino Othoni primo Regi Teutoniarum, ejusque successoribus hujus Regni Italiae in perpetuum facultatem eligendi Successorem, atque summam sedis Apostolicae Pontificem ordinandi, ac per hoc Archiepiscopos seu Episcopos, ut ipsi ab eo investituram accipiant, & consecrationem, unde debent, exceptis his, quos Imperator Pontificibus, & Archiepiscopis concessit: & ut nemo deinceps cuius- que dignitatis, vel religiositatis eligendi vel Patri- cium, vel Pontificem summae Sedis Apostolicae, aut quem- cumque Episcopum ordinandi habeat facultatem absque con- sensu ipsius Imperatoris (quod tamen factum ab eo omni pecunia) & ut ipse sit Patricius, & Rex. Quod si a Clero, & populo quis eligatur Episcopus, nisi a supra- dicto Rege laudetur, & investituram, non consecratur. Si quis contra hanc Regulam, & Apostolicam autoritatem aliquid molietur, hunc excommunicationi 45 subiacere de- cernimus: & nisi resipuerit, irrevocabili exilio puniet, vel ultimis suppliciis affici.

In Synodo. In Synodo. Initium hujus Capituli videtur esse istud: Ad exemplum, &c. verba autem, quae antecedunt, ipsa quoque pertinere ad titulum, ut integer titulus ita habeat. Leo Papa in Synodo congregata Romae in Ecclesia Sancti Salvatoris. Est autem Leo octavus, de quo multa scribit Luitprandus in fine lib. 6. & S. Antoninus par. 2. tit. 16. cap. 16.

Longobardorum. V. C. Regni Italiae. Investituram Episcoporum. Investituram Episcoporum, velut ipsi cum discretione & reverentia libitum fuerit. Naucner. Gener. 14.

Ac Romano populo. V. C. & universo populo Ro- mano, omnibusque ordinibus hujus almae urbis, sicut in suis scriptis apparet. Alius cod. Episcopi similiter cum to- to Clero.

Et per. V. C. & per manum Apostolicam concedi- mus. Teutoniarum. V. C. Teutonico. Perpetuum. Addit V. C. tam sibi.

Atque. V. C. quam. Seu Episcopos. Defunt in V. C. Ut ipsi. V. C. ut ipsi tantum.

Unde debent. V. C. ubique pervenerit. Pontificibus & Archiepiscopis. Pontifici & Archi- presbytero.

Cujusque. Addit V. C. gradus vel dignit. Eligendi. Addit V. C. Regem.

Abique cons. ipsi. Imp. quod tam. fiat. V. C. sed solum Regi Romanorum Imperii hanc reverentiam tribui sa- cultatem, quam absque pecunia, &c.

Pecunia. Addit V. C. disponat & erogat, utpote Rex & Patriarcha Romanorum.

Si a Clero. V. C. si a cuncto Clero. Contra hanc. V. C. contra hanc Apost. autorit. & traditionem aliquam, &c.

Excommunicationi. Addit V. C. universalis Ecclesia. Vide ad hoc Caput Luitprand. lib. 6. cap. 11. Platnam in Benedicto II. Krantzium lib. 4. Saxon. cap. 10. & Blondum lib. 3. Dec. 2.

XXIV. Item GREGORIUS I. lib. 4. Reg. Epist. 34. seu cap. 78. ad Constantiam Augu- stam. [an. 599. Romae Constantinopolim.]

Precepto Principum, Maximo veniuntur, quod absque autoritate Apostolica ordinatur.

Alonitanae civitatis Episcopus me, ac Responsali meo nesciente, ordinatus est: & facta res est, quae sub nul- lis anterioribus Principibus evenit. Quod ego audiens, ad eundem praevicatorum, qui inordinatè ordinatus est, pro- tinus misi, ut omnino Missarum solemniam celebrare nullo modo praesumeret, nisi prius a serenissimis Dominis cogno- scerem, si hoc fieri ipsi iussissent. Quod ei sub excommu- nicationis interpositione mandavi. Qui contempto me, atque despecto, in audaciam quorundam secularium homi- num, quibus, denudata sua Ecclesia, praemia multa praebere dicitur, nunc usque Missas facere praesumpsit, atque ad me venire secundum iustionem Dominorum noluit. Ego autem Praeceptioni pietatis eorum obediens, eidem Maximo, qui me nesciente ordinatus est, hoc, quod in Ordinatione sua me, vel Responsalem meum praetermittere praesumpsit, ita ex corde laxavi, ac si me autore fuisset ordinatus. Alia vero perverfa illius, scilicet mala corporalia, quae cog- novi vel quia cum pecuniis est electus, vel quia excommu- nicatus Missas facere praesumpsit, propter Deum irre- quita relinquere non possum. Et si ad me diu venire distulerit, in eo exercere districtiorem Canoniam nullo modo cessabo.